



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

XXVII. De exceßibus laicorum blasphemantium Deum, vel sanctos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

excommunicatos & interdictos publice nuntiari. ANNO
Et si prædictas sententias excommunicationis &
interdicti, ipsa vniuersitas, consiliarii, & maiores
eiusdem vltra sex menses sustinuerint, post denun-
tiationem publice factam, exnunc ipsos consilia-
rios, & maiores, & eos, per quos terra ipsa rege-
tur, ipsorumque filios & nepotes inhabiles reddi-
mus ad honores ecclesiasticos, & beneficia obti-
nenda: ipsosque feudis ecclesiasticis priuamus per-
petuo: & in obitu prohibemus aliquem clericum
& presbyterum sepulturæ talium interesse; nisi
primo integre satisfecerit ecclesiæ taliter spoliata
vel læsæ de damnis, interesse, & iniuriis, & de om-
ni quod percepérint occupationis vel spoliatio-
nis, aut usurpationis huiusmodi ratione. Et ad
præmissorum cognitionem & executionem sta-
tuimus posse procedi sine figura & ordine iudicij
per quemlibet iudicem competentem. Quæ om-
nia similiter obtinere volumus, & statuimus con-
tra illas personas quæ ab uno anno citra inua-
runt & occupauerunt ecclesiastica iura prouinciarum
Rauennatis, & hodie detinent inuasa & occupata.

RVBRICA XXVII.

*Cum præcipiat apostolus, Benedicentes nolite
maledicere, minus hoc considerant & attendunt,
qui in Deum, beatam Virginem, & sanctos eius,
in blasphemiam ora impudica exoluunt; statui-
mus igitur ad prædictorum impudentiam compe-
scendam, quod quicumque hoc præsumperit, de-
cetero vltra pœnam & pœnitentiam quæ talibus*

1. Pet. 5.

CLEMENTS RAVENNATE II. HENRICVS VII.
P.V. IMP. 799

ANNO
CHRISTI
1301.

est per Canones imponenda, a liminibus ecclesiæ
arceatur per mensem: & si pluries correctus se
non emendauerit, in morte denegetur sibi ecclæ-
siastica sepultura, vt, iuxta propheticum oraculum,
cum benedicentibus Deum consortium non ha-
beat in eadem.

R V B R I C A XXVIII.

Cum proprii pastoris siue iudicis sententia sit
timenda, hoc minus considerant & attendunt
qui excommunicationis sententiam maxime con-
temnentes in sua obstinata & pertinaci contumacia
indurescunt, nec curant satisfactione præsti-
ta in commissis absolutionis beneficium impetra-
re; volentes talium cancerato morbo succurrere
medicamine salutari, statuimus, & perpetua stabili-
tate firmamus, quod quicumque de cetero ex-
communicationis, vel suspensionis, vel interdicti,
sententiam animo sustinuerit per annum indura-
to, et si in morte beneficium absolutionis satisfa-
ctione præstata meruerit obtinere, nihilo minus
tamen in poenam contumaciæ ecclesiastica careat
sepultura; salua illorum poena qui pro haeresi vel
ipsius suspicione arctius percelluntur, iuxta cano-
nicas sanctiones. Etiam propter hoc in poenam
centum solidorum, denar. monetæ ipsius ciuitatis,
cuius larem fouent, incurvant ipso facto.

R V B R I C A XXIX.

Cum de matrimonio loquens dicat Aposto-
lus, *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem*, Ephes. 5.